

ris. Terréna namque substántia supérnæ felicitáti comparáta, pondus est, non subsidiúm. Temporális vita æternæ vitæ comparáta, mors est pótius dicénda, quam vita. Ipse enim quotidiánus deféctus corruptiónis quid est áliud, quam quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus cápere súfficit, illa supérnæ civitátis quanta sint gáudia; Angelórum choris interésse, cum beatíssimis spirítibus glóriæ Conditóris assistere, præséntem Dei vultum cernere, incircumscrip-tum lumen vidére, nullo mortis metu áffici, incorruptiónis perpétuæ múnere lætári?

✠. Coróna áurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitátis, glória honoris, et opus fortitudinis. ✠. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis, posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó. — Expressa.

Bened. Cujus festum cólimus.

*Lectio viij.*

**S**ED ad hæc audíta inardéscit ánimus: jamque illic cupit assistere,

ubi se sperat sine fine gaudére. Sed ad magna præmia perveniri non potest, nisi per magnos labóres. Unde et Paulus egrégius prædicátor dicit: Non coronábitur, nisi qui legítimè certáverit. Deléctat ergo mentem magnitúdo præmiórum, sed non detérreat certámen labórum. Unde ad se veniéntibus Véritas dicit: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discipulus.

✠. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sánguinem suum fudit: \* Qui minas júdicum non tímuit, nec terréna dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cœlestia regna pervénit. ✠. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. — Qui minas. Glória Patri. Qui minas.

Bened. Ad societátem.

Sequens Responsorium dic. ultimo loco in Festis sex SS. Mart. Pontif. Eusebii, Marcelli, Joannis, Silverii, Martini, et Pontiani.

✠. Dómine prævenísti eum in benedictiónibus

dulcédinis: \* Posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó. ✠. Vitam pétiit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi. — Posuísti. Glória. Posuísti.

*Lectio ix.*

**S**ED percontári libet, quómodo paréntes, et carnáliter propínquos præcípimur odísse, qui jubémur et inimicos diligere? Et certe Véritas de uxóre dicit: Quod Deus conjúxit, homo non séparet. Et Paulus ait: Viri, dilígite uxóres vestras, sicut et Christus Ecclesiám. Ecce, discipulus uxórem diligéndam prædicat, cum magíster dicat: Qui uxórem non odit, non potest meus esse discipulus. Numquid áliud judex núntiat, áliud præco clamat? An simul et odísse póssumus, et dilígere? Sed si vim præcèpti perpéndimus, utrúmque ágere per discretiónem valémus: ut uxórem, et eos, qui nobis carnis cognatióne conjúcti sunt, et quos próximos nóvimus, dilígámus; et quos adversários in via Dei pátimur, odiéndo et fugiéndo nesciámus.

Te Deum. 20.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Qui me conféssus fuerit \* coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo.

Ps. Dóminus regnávít cum reliquis. 21.

2. Qui séquitur me, \* non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ, dicit Dóminus.

3. Qui mihi ministrat, \* me sequátur: et ubi ego sum, illic sit et míster meus.

4. Si quis mihi ministráverit, \* honorificábit eum Pater meus, qui est in cœlis, dicit Dóminus.

5. Volo Pater, \* ut ubi ego sum, illic sit et míster meus.

Capitulum.

Jac. j. b

**B**Eátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cum probátus fuerit, accípiet corónam vitæ, quam repromísit Deus dilígéntibus se.

Hymnus.

**I**Nvícte Martyr, únicum Patris secútus Fílium, Victis triúmphas hóstibus.

Victor fruens cœlestibus. Tui precátus múnere Nostrum reátum dílué, Arcens mali contágium, Vitæ repéllens tædium.

Soluta sunt jam vincula  
Tui sacrati corporis :  
Nos solve vinculis sæculi,  
Dono supérni Núminis.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc, et per omne sæcu-  
lum. Amen.

¶ Justus ut palma floré-  
bit. *R.* Sicut cedrus Líbani  
multiplicábitur.

Ad Benedictus, *Añã.* Qui  
odit \* ánimam suam in  
hoc mundo, in vitam ætér-  
nam custódit eam.

Pro Martyre et Pontifice.

*Oratio.*

**I**nfirmítatem nostram  
réspecte omnipotens  
Deus : et quia pondus pró-  
priæ acciónis gravat, beáti  
*N.* Mátyris tui atque Pon-  
tíficis intercessio gloriósa  
nos prótegat. Per Dñum.

*Alia Oratio.*

**D**eus, qui nos beáti *N.*  
Mátyris tui atque  
Pontíficis ánnua solemn-  
tate lætíficas : concéde  
propítius, ut cujus natali-  
tia cólimus, de ejúsdem  
étiam protectióne gau-  
deámus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum.

*Oratio.*

**P**ræsta quæsumus om-  
nípotens Deus : ut  
qui beáti *N.* Mátyris tui

natalítia cólimus, interces-  
sióne ejus in tui nóminis  
amóre roborémur. Per  
Dóminum nostrum.

*Alia Oratio.*

**P**ræsta quæsumus om-  
nípotens Deus : ut  
intercedente beáto *N.*  
Mátyre tuo, et a cunctis  
adversítatibus liberémur  
in cópore, et a pravis cog-  
itatióibus mundémur in  
mente. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

*Añã.* Qui séquitur me.

*Capitulum.* Beátus vir.  
ut supra. [41]

*R.* br. Glória et honóre,  
\* Coronásti eum Dómine,  
Glória. *V.* Et constituísti  
eum super ópera mánuum  
tuárum. Coronásti. Glória  
Patri. Glória et honóre.

¶ Posuísti Dómine super  
caput ejus. *R.* Coronam  
de lápide pretióso.

AD SEXTAM.

*Añã.* Qui mihi ministrat.

*Capitulum.* *Eccli. xv.*  
**C**ibávit illum pane vitæ  
et intelléctus, et aqua  
sapiéntiæ salutáris potá-  
vit illum Dóminus Deus  
noster.

*R.* br. Posuísti Dómine  
\* Super caput ejus. Posuí-  
sti Dómine. Coronam  
de lápide pretióso. Super.  
Glória Patri. Posuísti.

¶ Magna est glória ejus  
in salutári tuo. *R.* Gló-  
riam et magnum decórem  
impónes super eum.

AD NONAM.

*Añã.* Volo Pater.

*Capitulum.* *Eccli. xxxix.*

**J**ustus cor suum trádi-  
dit ad vigilándum di-  
lúculo ad Dóminum, qui  
fecit illum, et in conspéctu  
Altíssimi deprecábitur.

*R.* br. Magna est glória  
ejus, \* In salutári tuo. Ma-  
gna. *V.* Glóriam et ma-  
gnum decórem impónes  
super eum. In salutári tuo.  
Glória Patri. Magna.

¶ Justus ut palma floré-  
bit. *R.* Sicut cedrus Lí-  
bani multiplicábitur.

IN II. VESPERIS.

*Añã ut in Laudibus.* [41]  
*Psalmi ut in j. Vesperis de  
Communi Apostolorum* [2]  
et loco ultimi

*Psalms crb.*

**C**rédidi, propter quod  
locútus sum : \* ego  
autem humiliátus sum ni-  
mis.

Ego dixi in excéssu meo :  
Omnis homo mendax.  
Quid retríbuiam Dómi-  
no, \* pro ómnibus, quæ  
retríbuit mihi?

Cálicem salutáris acci-  
piam : \* et nomen Dómini  
invocabo.

Vota mea Dño reddam  
coram omni pópulo ejus : \*  
pretiósã in conspéctu Dñi  
mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego ser-  
vus tuus : \* ego servus  
tuus, et filius ancillæ tuæ.  
Dirupísti vincula mea : \*  
tibi sacrificábo hóstiam  
laudis, et nomen Dómini  
invocabo.

Vota mea Dómino red-  
dam in conspéctu omnis  
pópuli ejus : \* in átriis do-  
mus Dómini, in médio tui  
Jerúsalem.

*Añã.* Volo Pater, ut ubi  
ego sum, illic sit et miní-  
ster meus.

*Capitulum.* *Jacobi j. b*

**E**átus vir, qui suf-  
fert tentatióem :  
quóniam cum pro-  
bátus fúerit, accípiet co-  
ronam vitæ, quam repro-  
misit Deus diligentibus  
se.

*Hymnus.*

**D**eus tuórum militum  
Sors, et coróna, præ-  
mium,

Laudes canéntes Mátyris  
Absólve nexu críminis.  
*Hic nempe mundi gáudia,*  
Et blanda fraudum pábula  
Imbúta felle députans  
Pervénit ad coeléstia.  
*P*œnas cucúrrit fórtiter,  
Et sústulit viríliter,

Fundénsque pro te sanguinem

Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici  
Te poscimus piissime :  
In hoc triumpho Martyris  
Dimitte noxam servulis.

Laus et perennis gloria  
Patri sit, atque Filio,  
Sancto simul Paraclito,  
In sempiterna secula.

Amen.

℞. Justus ut palma florebit. ℞. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Magnificat, Añã. Qui vult venire post me, \* abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

ALLÆ LECTIONES

PRO UNO MARTYRE.

In II. Nocturno.

De Expositione sancti Ambrosii Episcopi in Psalmum centesimum decimum octavum.

Lectio iii. Serm. xxj.

**U**nc principes persecuti sunt me gratis : et a verbis tuis trepidavit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injuste persecutionum tormenta sustineat : qui nihil rapuerit, nullum violentus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torum

putaverit esse violandum : qui nihil legibus debeat, et graviora latronum sustinere cogatur supplicia : qui loquatur juste, et non audiatur : qui loquatur plena salutis, et impugnetur : ut possit dicere, Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnatur sine crimine : impugnatur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis : impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Domini gloriatur, cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

℞. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum. \* Et dedit illi claritatem aeternam. ℞. Descenditque cum illo in foveam : et in vinculis non dereliquit eum. — Et dedit.

Lectio ii.

**V**ere frustra impugnatur, qui apud impios et infidos impietatis arcensitur, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnatur, fortis debet esse et constans. Quomodo ergo subtexit : Et a verbis tuis trepidavit cor

meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Time Domini omnes sancti ejus : et, Beatus vir, qui timet Dominum. Quam ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis.

℞. Desiderium anime ejus tribuisti ei Domine, \* Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

℞. Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Et.

Lectio vi.

**P**one ergo Martyrem inter pericula constitutum, cum inde immantibus bestiaram ad incutiendum terrorem infremat, aliunde stridor candentium laminarum, et flamma fornacis ardentis exæstuet, ex parte alia personent tractus gravium catenarum, hinc carnifex cruentus assistat : pone, inquam, circumspectantem omnia plena supplicii, deinde cogitantem mandata divina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam poenae recru-

descendentis aerumnam : trepidare corde, ne, dum presentibus cedat, perpetuis se dedat exitiis : turbare animo, dum futuri iudicii rhomphaeam illam terribilem quadam conspectus specie contuetur. Nonne ad hanc trepidationem fiducia viri constantis, æqualis in eundem concurrat effectum confidentia cupientis aeterna, et divina trepidantis?

℞. Stola. [37]

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. xvj. d

**I**n illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Et reliqua. Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homil. xxxij. in Evang.

**U**ia Dominus ac Redemptor noster novus homo venit in mundum, nova precepta dedit mundo. Vitæ etenim nostræ veteri in vitiis enutritæ contrarietatem opposuit novitatis suæ. Quid enim vetus, quid carnalis homo noverat, nisi sua retinere, aliæna

rápere, si posset; concupiscere, si non posset? Sed cœlestis medicus singulis quibusque vitiis obviántia ádhibet medicaménta. Nam sicut arte medicínæ cálida frígidis, frígida cálidis curántur: ita Dóminus noster contrária oppósuit medicaménta peccátis, ut lúbricis continéntiam, tenácibus largitátem, iracúndis mansuetúdinem, elátis præciperet humilitátem.

✠. Coróna áurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitátis, glória honoris, et opus fortitúdinis. ✠. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. — Expressa.

**Lectio viij.**

**C**erte cum se sequéntibus nova mandáta propóneret, dixit: Nisi quis renuntiáverit ómnibus quæ pössidet, non potest meus esse discipulus. Ac si apérte dicat: Qui per vitam véterem aliéna concupiscitis, per novæ conversatiónis stúdiu[m] et vestra largímur. Quid vero in hac lectiône dicat, audiámus: Qui vult post me veníre, ábneget semet-

ípsu[m]. Ibi dicitur, ut abnegémus nostra: hic dicitur, ut abnegémus nos. Et fortáste laboriósu[m] non est hómini relínquere sua: sed valde laboriósu[m] est relínquere semetípsu[m]. Minus quippe est abnegáre quod habet: valde autem multu[m] est, abnegáre quod est.

✠. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sánguinem suu[m] fudit: \* Qui minas júdicu[m] non tímuit, nec terrénæ dignitátis glóriam quæsívit, sed ad cœlestia regna pervénit. ✠. Justu[m] dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnu[m] Dei. — Qui minas. Glória Patri. Qui minas.

**Lectio ix.**

**A**D se autem nobis veniéntibus Dóminus præcépit, ut renuntiémus nostris: quia quicúmque ad fidei agónem venímus, luctámen contra malignos spíritus súmimus. Nihil autem maligni spíritus in hoc mundo própriu[m] pössident: nudi ergo cum nudis luctári debémus. Nam si vestítus quisque cum nudo luctáretur, citius ad terram dejícitur, quia habet unde teneátur. Quid

enim sunt terréna ómnia, nisi quædam córporis induménta? Qui ergo contra diabolu[m] ad certámen próperat, vestiménta abjiciat, ne succúmbat.

Te Deu[m] laudámus. 20.

**III. ALIA HOMILIA.**

Lectio sancti Evangelii secúndu[m] Matthæu[m].

**Lectio vij. Cap. x. c**

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opértu[m], quod non revelábitur: et occúltu[m], quod non sciétur. Et réliqua.

Homília sancti Hilárii Episcopi.

Comment. in Matth. can. x. post medium.

**O**minus diem júdicii osténdit, quæ abstrúsam voluntátis nostræ consciéntiam prodet: et ea quæ nunc occúltu[m] existimántur, luce cognitiónis públicæ detegit. Igitur non minas, non consília, non potestates insectántium monet esse metuéndas: quia dies júdicii nulla hæc fuisse atque inánia revelábit. Et quod dico vobis in ténébris, dicite in lúmine: et quod in aure auditis, præ-

dicáte super tecta. Non légitimus Dóminu[m] sólitu[m] fuisse nóctibus sermocinári, et doctrínam in ténébris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnálibus ténébræ sunt, et verbum ejus infidélibus nox est.

✠. Coróna áurea super caput ejus, \* Expressa signo sanctitátis, glória honoris, et opus fortitúdinis. ✠. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. — Expressa.

**Lectio viij.**

**I**Taque id quod a se dictu[m] est, cum libertate fidei et confessiόνis vult esse loquéndu[m]. Idcirco quæ in ténébris dicta sunt, prædicári jussit in lúmine: ut quæ secréto áurium commissa sunt, super tecta, id est, excéso loquéntium præcónio audiántur. Constánter enim Dei ingerénda cognitio est, et profúndu[m] doctrínæ evangélicæ secrétu[m] in lúmine prædicatiónis apostólicæ revelándu[m]: non tímentes eos, quibus cum sit licéntia in córpora, tamen in ánimam jus nullu[m] est: sed tímentes pó-

tius Deum, cui perdendæ in gehenna et animæ et corporis sit potestas.

**R.** Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit :  
\* Qui minas iudicium non timuit, nec terrænæ dignitatis glóriam quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Qui minas. **Gloria Patri.** Qui minas.

**Lectio ij.**

**N**olite timere eos qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimentæ carnis admit-

tendus est dolor : quando pro naturæ suæ atque originis conditione resoluta, in substantiam spirituales animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam, etiam conditionem, qua teneremur, adiecit : negaturum se eum Patri in cœlis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro qui confessus coram hominibus se fuisset, a se in cœlis confitendum: qualésque nos nominis sui testes hominibus fuissémus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usúros.

Te Deum laudamus. 20.



**Commune plurimorum Martyrum.**

IN I. VESPERIS.

**Antiphonæ.**

**B**Mnes sancti, \*  
quanta passi  
sunt tormenta,  
ut securi per-  
venirent ad palmam mar-  
tyrii.

**Psalmi ut in j. Vesperis  
de Communi Apostol. [2]**

2. Cum palma \* ad regna pervenerunt sancti, coronas decóris meruerunt de manu Dei.

3. Corpora sanctorum \* in pace sepulta sunt : et vivent nomina eorum in ætérnum.

4. Martyres Domini \* Dominum benedicite in ætérnum.

5. Martyrum chorus \* laudate Dominum de cœlis, allelúia.

**Capitulum.**

**Sap. iij.**

**M**ustorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

**Hymnus.**

**S**anctorum méritis inclyta gáudia  
Pangámus sócii, géstaque  
fórtia :

Gliscens fert ánimus pró-  
mere cántibus  
Victórum genus ópti-  
mum.

Hi sunt, quos fáture mun-  
dus abhórruit ;  
Hunc fructu vácuum, fló-  
ribus áridum  
Contempsére tui nóminis  
ásseclæ  
Jesu Rex bone Cœlitum.